Tertio hoc ꝓbo rōne totalitatis. Fuit
em̄ beata virgo ita mater xpi: vt ab ea
ſola ſpirituſancto cooperante corpulē
tam ſubſtantiā̄ acciperet. Quare amor
qui debet eſſe patris ꝛ matris ad filiū̄:
erat ī v̄gine ſola ad xp̄m ab ea genitū̄.
Quarto hoc ꝓbo rōne diuturnitatis.
Amor em̄ quā̄to diuturnior tā̄to vehe-
mētior. Cū̄ ergo filiū̄ ſuū̄ v̄go dilexerit
ꝑ annos .xiij. abſq; vlla ꝑturbatiōe: cō
ſequens eſt ꝙ eū̄ diligebat in etate flo
renti iā̄ cōſtitutum vltra ꝙ̄ dici poſſit.
Quinto hoc ꝓbo rōne familiaritatis.
Nūq̄ em̄ inuētꝰ eſt aliq̄s filiꝰ q̄ ita blā
de: ita reuerēter: ita dulciter: ita famili
ariter ꝯuerſaret̄ cū̄ parētibꝰ ſuis: ſicut
xp̄s faciebat cum virgine matre. Non
em̄ dubitare q̄ſpiā̄ poſſet ꝙ ꝑ tot ā̄nos
quibꝰ xp̄s cū̄ matre ꝯuixit nō fuerit li
quefactū̄ cor eiꝰ in amorē illiꝰ a quo to
tiēs vocari matrē ſe ſenſit: quē ꝛ ipa fi-
liū̄ ſepe noīabat. Quare firmiter teneo
ꝙ v̄ginis amor ad xp̄m vincebat oēm
amorē quorūcūq; parētū̄ q̄ tenerrime
filios ſuos diligūt aut dilexerunt.

¶ Et xp̄s in p̄ſentatiōe vehemēter do-
luit: ꝓpter accuſationē: ꝓpter flagella
tionē: ꝛ ꝓpter coronationem.

¶ Scđi articuli primus dolor.

Ecū̄di articuli p̄imꝰ dolor
ieſu xp̄i đr preſentationis.
Cū̄ em̄ pilato fuit p̄ſentatꝰ
doluit vehementer: et pre-
cipue propter tria.

Primo propter accuſationē:
Scđo ꝓpter flagellation̄ē.
Tertio ꝓpter coronationē.

¶ Primo doluit vehemēter ꝓpter accu
ſationē. Ad qđ intelligēdū̄ cōmemorā̄
dum eſt quod euā̄geliſte tradū̄t: videlz
ꝙ mane adductus fuit ieſus a domo
cayphe ad domū̄ pilati preſidis in pto
rium. Erat aūt pretorium locus vbi au
diebantur ꝛ examinabant̄ rei: ꝛ ipi nō
introierunt iudei in pretoriū̄: vt nō cō
taminarent̄ ex ingreſſu domꝰ hominis
gentilis: ſed mā̄ducarent paſcha: id eſt
azymos panes: q̄ a iudeis ꝑ dies octo
comedebantur. O impia cecitas: alie-
nigene iudicis pretorio contaminari ti
mebā̄t et fratris innocētis ſanguinē nō
timebā̄t. Exiuit ergo Pilatus ad eos fo
ras dicēs: Quā̄ accuſationē affertis ad-
uerſus hoīem iſtum? Reſponderūt. Si
nō eſſet hic malefactor: nō tibi tradidiſ
ſemus eū̄. Ubi Aug. Interrogent atq;
reſpōdeā̄t ab immū̄dis ſpiritibꝰ libera-
ti: ceci vidētes: mortui reſurgētes vtruz
ſit malefactor. Addiderunt etiā̄ qđ Lu-
cas .xxiij. dicit: Hūc inuenimꝰ ſubuertē-
tem gentē noſtrā̄: ꝛ ꝓhibērē tributa da
ri Ceſari: ꝛ dicentem ſe xp̄m regem eſſe.
Dixit eis Pilatus. Accipite eum vos: et
ſ̄m legē veſtrā̄ iudicate eū̄. quaſi dicat:
ſi ſufficit veſtra examinatio: ſufficiat et
veſtra ſentētia. Nam vt dicit Nico. de ly
ra. Romani aliqua minora iudicanda
permiſerā̄t iudeis retinētes ſibi penam
mortis: ꝛ cām ſanguinis. Jō per hā̄c re-
ſponſionē inhibebat ne xp̄o mors infer
retur. Et iō illi intēdentes eū̄ morti ad-
iudicari reſpōdebā̄t. Nobis nō licet in-
terficere quēq;. Introiuit ergo iterū̄ in
pretoriū̄ Pilatus: ꝛ interrogauit ieſum
Tu es rex iudeoꝝ? Ubi querit̄: quare pi
latus ſic eū̄ interrogabat. Et rn̄det Ni-
co. de lyra: ꝙ cū̄ iudei accuſaſſent eū̄ de
tribus: videlz q: ſubuerterat gentem et
ꝓhibuerat tributa dari Ceſari: et dixe-
rat ſe eſſe regē. De duobꝰ primis pilatꝰ
nō curauit inq̄rere. Nō de primo: q: ipe
gētilis erat: ꝛ nō iudeus. Nō etiā̄ de ſe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cũdo:q̃ꝛ ſciebat illud eſſe falſum:ſed tm̃
de tertio:eo ꝙ romani nomẽ regium a
iudeis abſtulerãt. Reſpõdit ieſus. A te=
metipſo hoc dicis:an alij tibi dixerũt de
me:q.d. Cõcepiſti hãc opinionẽ d̃ me ꝑ
temetipſum. Ubi Chryſo. ait: Nõ igno=
rãs interrogat: ſed ab ipſo accuſari iu=
deos volẽs. Uñ ſequitur euãgeliſta. Re
ſpõdit pilat⁹. Nunqd ego iudeus ſum?
Gẽs tua ꝛ põtifices tui tradiderunt te
mihi. Quid feciſti? Reſpõdit ieſus. Re=
gnũ meum nõ eſt de hoc mũdo. quaſi di
cat. Nõ quero tẽporalẽ dominationez.
Dixit ei pilat⁹. Ergo rex es tu. Reſpon=
dit ieſus. Tu dixiſti:q̃ꝛ rex ſuz ego. Ego
in hoc natus ſum ꝛ ad hoc veni in mũ=
do vt teſtimonium perhibeam veritati.
Oĩs qui eſt ex veritate audit vocẽ meã.
Dixit ei pilatus. Quid eſt veritas? Et non
expectato reſpõſo exiuit ad iudeos di=
cẽs: Ego nullã in eo inuenio cauſam:et
vt liberaret eũ de furore ipſoꝝ ꝓpoſuit
ſm̃ conſuetudinẽ quã habebãt:ſcȝ in ſo
lẽnitate paſche vt vnuz reũ morte pete=
rent liberandũ:an vellẽt xp̃m eſſe illum
vel barrabaz: qui in carceribus propter
maleficia detinebatur: et populo erat
odioſus. Clamauerunt oẽs. Non hunc:
ſed barrabam. O quali gladio ferieba=
tur tũc coꝛ v̾ginis matris qñ audiebat
hoꝛribiles illos clamores iudeoꝝ peten
tium potius liberationẽ barrabe latro=
nis q̃ꝫ filij ſui innocẽtiſſimi. Dicit pilat⁹
iudeis. Quid igit̃ faciã de ieſu:q̃ d̾r xp̃s
Dicũt oẽs crucifigat̃. Et ille (qd) inq̃t
mali fecit. Reſpõderũt: Cõmouit popu
lum ꝑ vniuerſam iudeã incipiẽs a gali=
lea vſqꝫ huc. Quare pilatus miſit ieſuz
ad herodẽ galilee tetrarchã q̃ illis die=
bus hieroſolymis erat. Et cũ ieſus bñ=
dictus nullũ verbũ corã eo dixiſſet ſpre=
uit illũ herodes cũ exercitu ſuo ꝛ illuſit
indutũ veſte alba ꝛ remiſit ad pilatuz.
Pilatus aũt cõuocatis principibus ſa=
cerdotũ dixit eis: volẽs eripere xp̃m de
manibus eoꝝ. Ego nullaz cauſam inue
nio in hoĩe iſto ex his in quibus euz ac=
cuſatis. Sed necꝫ herodes. Nã remiſit
eum ad nos:ꝛ ecce nihil dignum moꝛte
actũ eſt ei. At illi clamabãt. Nos legem
habemus ꝛ ſm̃ legez debet moꝛi. Dixit
eis pilatus. Coꝛripiã euz ꝛ dimittã. O
pilate ſi innocens eſt cur coꝛripies? Si
reus:cur dimittes? O q̃ laboꝛioſa fuit
moꝛs ieſu chꝛiſti tam diu malignis con
ſilijs: criminationibus: accuſationi=
bus:ꝛ clamoꝛibus exquiſita. ¶ Secun=
do doluit chꝛiſtus vehementer propter
flagellationem:quando vt refert Mar
cus.xv. Pilatus tradidit ieſum militi=
bus flagellandum. Ut enim doctores
dicunt ligauerunt illi ieſum denuda=
tum ad columnam quandam ꝛ flagel=
lauerunt eũ a planta pedis vſqꝫ ad ver
ticem. Et vt ait Grego. nazãzenus:caro
xp̃i flagellata poſt liuores ſanguinez ex
omni parte ſcaturiebat:quo etiaz terra
ſub pedibus ieſu ꝛ colũna ipſa atqꝫ fla
gella madefiebant. Et vt arbitroꝛ poſt
crudelem illam flagellationez cum ſol=
uiſſent eum pre debilitate nimia ꝛ dolo
ris immẽſitate in terram cecidit ſangui
ne ſuo irrigatam dñs nr̃ ieſus. ¶ Sed
hic theologi querunt: vtrum in chꝛiſto
fuit vera doloꝛis paſſio? Et quidam licꝫ
nõ dicere voluerint ꝙ non: arguentes
dicunt primo ex dicto Hilarij di.in.x.li.
de trinitate. Uirtus coꝛpoꝛis ſine ſenſu
pene vim pene in ſe deſeuientis excepit
verus autẽ doloꝛ nõ eſt ſine ſenſu pene
ergo ꝛc. ¶ Secundo adducunt dictum
Dionyſij:qui ad iohannem euangeliſtã
ita ſcribit: Abſit vt ita inſaniam vt cre=
dam ſanctos aliquid pati ſm̃ coꝛpoꝛis
paſſiones:ſed ſolum credo nos iudica=
re ipſos ſentire. Si ergo ſancti non ſen
tiunt paſſiones niſi ſm̃ iudicium ꝛ non
ſm̃ experientiam:ergo patiendo nõ ha
bent doloꝛem verum:ꝛ per conſequens
multo minus nec ſanctus ſanctoꝛũ chꝛi
ſtus. ¶ Tertio conantur probare opinio
nem ſuam exemplo Moyſi qui ieiuna=
uit quadraginta diebus ꝛ quadragin=
ta noctibus ſine aliqua coꝛpoꝛis leſio=
ne propter continuam contemplatio=
nez. Si ergo perfectio contempla:tõis

aufert paſſionē ꝛ ſenſuꝫ famis:pari rō-
ne videt ꝙ aufert ſenſum doloris i car
ne paſſibili. Sed in xp̄o fuit ꝯtinua cō-
tēplatio ꝛ ꝑfectiſſima: ergo videt ꝙ nul
la fuit in eo doloris experiētia. Sed cō
tra hanc opinionē eſt oīs ſcriptura ſa-
cra. Vñ in pſ. xxxvij. in ꝑſona xp̄i dr: Af
flictus ſum ꝛ humiliatus ſum nimis. ꝛ
pſ. lxxxvij. Ego ſuꝫ paup ꝛ dolēs. ꝛ pſ.
lxviij. Sup dolorē vulnerū meoꝝ addi
derūt. Propterea dicūt theologi di. xvj.
tertij libri: ꝙ vera doloris paſſio fuit in
xp̄o: qm̄ in eo fuit caro paſſibilis ꝛ ꝑfo
rabilis. Fuit etiaꝫ virtus ſentiendi ſm
quā aīa cōpatit corpori leſo. Et qm̄ hec
duo verū dolorē faciūt. ſ. vera leſio ꝛ ve
rus leſionis ſenſus: ꝛ hec duo vere fuerūt
in xp̄o: indubitāter tenēdū eſt ꝙ in ip̄o
vera fuit doloris paſſio. ¶ Ad dictū aūt
Hilarij reſpōdet ꝙ ſm quoſdā dictum
illud retractauit. Vel pōt dici ꝙ Hila-
rius in verbo p̄dicto nō excludit ſenſuꝫ
doloris a xp̄o ſm humanā naturā: ſed
ſm diuinā. Vñ illa verba referēda ſunt
ad ꝑſonā xp̄i. Vel vt magr̄ ſen. exponit
dicere poſſumꝰ ꝙ hilarius nō vult oſtē
dere xp̄m nō habuiſſe veruꝫ dolorē: ſed
nō habuiſſe cām doloris: qm̄ paſſus eſt
ꝓpter delicta nr̄a. ¶ Ad ſcdm̄ dō. ſ. ver
bū Dionyſij dicit Boñ. in. iij. di. xvj. ar.
j. q. j. ꝙ Dionyſius non vult dicere nec
ſenſit ꝙ btūs iohānes ꝛ alij ſcti nō ex-
periant dolorē in tormētis: ſed vult cō
mēdare cōſtantiā mētis: q̄ nō magis cō
mouebat ex experiētia ſenſus q̄ꝫ cōmo
ueret ex ſola ꝯſideratione ꝛ iudicio rō-
nis. ¶ Ad tertium dō qḋ obijciebat de
moyſe dicendū: ꝙ etſi dulcedo cōtēpla
tionis quodāmō ip̄m reficeret ꝛ a ſenſi
bus exterioribus abſtraheret: adeo vt
naturales virtutes quodāmō cōſopiret
vt nō ita ꝯſummerent ꝛ cibū reqrerēt:
tñ ꝙ tāto tp̄e ieiunauit ſine ſui leſione
hoc fuit per ſpeciale bñficiū ꝛ diuinum
miraculū: ꝛ iō nō hꝫ locū in ꝓpoſito: q2
xp̄s in paſſione ſua nō exercuit miracu-
la potentie: ſed potius vſus eſt armis
patientie. ¶ Tertio doluit vehementer
xp̄s ꝓpter coronationē qñ milites duxerūt
eū in atriū p̄torij ꝛ induerūt eum
purpura: ꝛ impoſuerūt capiti eius co
ronā ſpineā: ꝛ circūdederūt eū ꝛ veniebant
ad eū illudētes ꝛ dicētes: Aue rex
iudeoꝝ: ꝛ expuebāt in eū ꝛ dabāt ei alapas:
ꝛ ꝑcutiebant caput eius. Et caput
illud angelicis ſpiritibus tremendū: vt
ait Bernardus. ſpinarū dēſitate pungebat.
Nā corona illa de iūcis marinis ad
modū ſpinarū acutis erat ꝯfecta. vt dicit
Nico. de lyra. At pilatus fecit ieſum
ſic coronatū ꝛ purpura veſtitū velut cō
temptibilē ꝛ abiectū exire: dixitqꝫ iude
is. Ecce hō. q. d. punitus eſt: ideo debet
vobis ſufficere. At illi magis clamabāt
Crucifige: crucifige euꝫ. Et poſt multa
addiderūt. Si hūc dimittis nō es amicus
ceſaris. Oīs eñ q̄ ſe regē facit contradicit
ceſari. Et cū talia agitarentur:
miſit ad pilatū vxor eius dicens: Nihil
tibi ꝛ iuſto illi. q. d. nullo mō eū cōdemnes:
ſed magis dimitte. Multa eñ ſum
hodie paſſa ꝑ viſum ꝓpter eū: q2 vt dicit
Rabanus: diabolus apparuerat ei
mouēs eā terroribus ad liberationem
xp̄i: volēs ſic impedire hoīm ſalutem.
Sed dubitat vtrum viſio p̄dicta facta
fuerit in ſomno vel vigilia. Et reſpōdet
Nico. de ly. ꝙ hoc nō habet expſſe: credit
tñ magis ꝙ fuerit in ſomno.
¶ Qr xp̄s in ſentētiatione vehementer
doluit ꝓpter onerationē: ꝓpter aſſociationē:
ꝛ ꝓpter lamentationem.

¶ Scdi articuli dolor ſcds.

Ecūdus dolor ſcdi articuli
dr ſententiationis. Videns
nanqꝫ pilatus non poſſe iu
deoꝝ furorē ſedare nec mitigare
quinimmo audiebat
eos magno cum tumultu clamātes: Si
hūc dimittis nō es amicus ceſaris: accepta
aqua lauit manus coraꝫ populo dicens:
Innocens ego ſum a ſanguine iuſti
huius. Vos videbitis. Vbi Remigiꝰ
ait: Mos erat apud antiquos vt cū vellet
quis oſtēdere ſe immunē eſſe ab aliquo
crimine: accepta aqua lauare ma

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus ſuas corā populo ɔſueuerat. Et reſpōdens vniuerſus pplſ dixit: Sāguis eius ſup nos ⁊ ſup filios nr̄os. Quare pilatus humano timore victus ꝑ tribunali ſedēs ſm ordinē curie ſue: ſniaꝫ inuſtā ɔtra ieſum ꝓtulit vt crucifigeret. Tunc amantiſſimus noſter ieſus cruciatus eſt ꝓpter tria.

Primo ꝓpter onerationē.
Scd̄o ꝓpter aſſociationē.
Tertio ꝓpter lamentationē.

¶ Primo cruciatus eſt ꝓpter onerationem: qn̄. ſ. crux oneroſa ⁊ dura humeris ſuis fuit impoſita. Tūc em̄ cū de domo pilati verſus monteꝫ caluarie duceret: anteq̄ꝫ deueniſſet ad locū: vt dr̄ in quadam hiſtoria: afflicta ⁊ meſta mater eiꝰ obuiā illi ꝓceſſit: volēs illum tāgere ⁊ amplecti. Quā vt filius aſperit merore ɔfectā: cecidit fatigatus ſub cruce. Ipſa etiā mr̄ dulciſſima quaſi mortua in terraꝫ ruit. Ob qḋ in loco illo in huius facti memoriā capella a fidelibus cōſtructa fuit: q̄ ſctā maria de ſpaſmo nuncupatur. Tandē iudei angariauere hoieꝫ cyreneū noīe ſimonē vt tolleret crucē ieſu. Qm̄ vt aiūt quidā cū ſepius tētaſſet ieſus illam portare pre debilitate ferre amplius nō valebat. Curre o aīa mea: curre velociter: ⁊ humeros tuos ſubijce illi cruci: in qua ieſus dei filius operabitur ſalutē tuā: immo oīm ſaluandoruꝫ. ¶ Sed hic doctores querūt quare xps bn̄dictus pati voluit morteꝫ crucis? Et rn̄det Tho. iij. parte. q. xlvj. ar. iiij. ꝙ h̄ fecit ꝓpter ſeptē rōnes. ¶ Prima rō eſt ꝓpter exēplū virtutis. Dicit em̄ Augu. in li. lxxxiij. q. Sapientia dei hoiem ad exēpluꝫ quo recte viueremus ſuſcepit. Pertinet aūt ad vitā rectā ea q̄ nō ſunt metuēda nō metuere. Sunt aūt hoies qui q̄uis mortē ipſam nō timeāt genꝰ tn̄ mortis horreſcunt. Ut ergo nullū genus mortis recte viuēti hoī metuēduꝫ eſſet: illius hoīs cruce oſtendēduꝫ fuit. Nihil em̄ erat inter oīa genera mortis illo genere execrabilius ⁊ formidabiliꝰ. ¶ Scd̄a rō eſt q: hoc genus mortis maxime conueniens erat ſatiſfactioni pro pctō primi parētis. Un̄ Augu. dicit in quodā ſermone de paſſione. Cōtempſit Adā p̄ceptuꝫ accipiēs ex arbore: ſed q̄cquid Adā ꝑdidit: xp̄s in cruce inuenit. ⁊ Amb. de xp̄o ita ait: De parētis ꝓthoplaſti fraude facta condolens: qn̄ pomi noxialis morte morſu corruit: ipe lignū tūc notauit dāna ligni vt ſolueret. Hoc opus noſtre ſalutis ordo depopoſcerat: multiformis ꝓditoris ars vt artē falleret: ⁊ medelā ferret inde hoſtis vn̄ leſerat. Et iterū eccl'ia dicit: Oipotens eterne deus q̄ ſalutē humani generis in ligno crucis ɔſtituiſti: vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret: ⁊ qui in ligno vincebat in ligno quoq̄ꝫ vinceret. ¶ Tertia rō eſt: q: dicit Chryſ. in ſer. de paſſiōe. In excelſo ligno ⁊ nō ſub tecto paſſus eſt: vt etiam ipſius aeris natura mūdaret. Sed ⁊ ipſa terra ſimile bn̄ficiū ſentiebat decurrētis de latere ſanguinis ſtillatione mūdata. Et idē Chryſo. ſup Ioh. inq̄t: Audiēs ſuſpēſionē intelligas in altū: vt ſctificaret aerē q̄ ſctificauerat terrā ambulādo ī ea. ¶ Quarta rō eſt: q: ꝑ hoc ꝙ xp̄s in cruce morit: aſcēſum nobis parat in celū. vt Chryſ. dicit. ¶ Quinta rō eſt: q: hoc competit vniuerſali ſaluationi totius mūdi. Nā figura crucis: vt ait Gregorius nazanzenus: a medio ɔtracta in quattuor extrema partita: ſignificat virtutē ⁊ ꝓuidentiā eius: qui in ea pepēdit vbiq̄ꝫ diffuſaꝫ. Chryſ. etiā dicit: ꝙ in cruce expāſis manibus morit vt altera manu veterē pplm̄: altera eos q̄ ex gētibus ſunt trahat. ¶ Sexta rō eſt: q: ꝑ hoc genus mortis diuerſe virtutes deſignant. Un̄ Auguſtinus dicit in li. de gratia veteris ⁊ noui teſtamenti. Non fruſtra tale genus mortis elegit vt latitudinis ⁊ altitudinis ⁊ longitudinis ⁊ profunditatis: de quibus apl's loquitur: magiſter exiſteret. Nā latitudo eſt in eo ligno qḋ tranſuerſum deſup figit: hoc ad bona opera ꝑtinet: q: ibi extendunt manus. Longitudo eſt in eo ligno: qḋ vſq̄ꝫ ad

terrã trahit: quo crux ſtat ſiſtitur ⁊ pſe-
uerat: qđ longanimitati tribuit. Altitu
đo eſt in ea ligni parte: que ab illa que
trãſuerſa figit̃ ſ̃ſus ſurſum relinquit:
hoc eſt ad caput crucifixi: q2 bñ ſperan
tiuȝ ſuperna expectatio eſt. Jã ṽo illud
ex ligno qđ fixũ occultat̃: vñ totũ illud
exurgit ſignificat profunditatẽ gratui-
te gratie. Et ſicut etiã Aug. dicit ſuper
Joh. Lignũ in quo fixa erãt mẽbra pa-
tiẽtis ad cathedrã fuit magiſtri docen-
tis. ¶ Septima rõ eſt: q2 hoc gen9 mor-
tis plurimis figuris reſpõdet. Ut enim
Aug. dicit in ſermõe de paſſione. In di
luuio aquarũ humanum genus arca li
gnea liberauit. De egypto dei pp̃lo rece
dente moyſes mare virga diuiſit: ⁊ pha
raonem ꝓſtrauit: ac pp̃lm dei redemit.
Idẽ moyſes lignũ in aqua miſit ⁊ ama
ritudinẽ eius in dulcedinẽ cõmutauit.
Et lignea virga de ſpũali petra ſaluta-
ris vnda ꝓfert. Et vt Amalech vincere
tur ꝯtra virgã moyſes expãſis manib9
extendit. Et lex dei arce teſtamẽti credi
tur lignee: vt his oĩbus ad lignũ crucis
ꝑ quoſdã gradus veniatur. ¶ Scđo cru
ciatus eſt xp̃s ingẽti dolore ꝓpter aſſo-
ciationẽ. Aſſociatus nãq3 eſt cuȝ duob9
latronibus ſicut ꝓdixerat Eſa. liij. c. Et
cũ ſceleratis deputatus eſt. Ubi docto-
res querũt vtrũ hoc ꝯueniẽter ſit factũ
Et reſpõdent ꝙ in hoc alia fuit intẽtio
iudeoꝝ: alia ordinatio dei. Quantũ eñ
ad intẽtionẽ iudeoꝝ ſic dicit Chryſ. Du
os latrones vtrinq3 crucifixerũt: vt eo-
rum ſuſpitionis fieret particeps: ſed nõ
ita euenit. Nã de illis nil đr: huius aũt
vbiq3 crux honorat̃. Reges diademata
deponentes aſſumunt crucem in pur-
puris ⁊ diadematibus maximis: in mẽ
ſa ſacrata: vbiq3 terrarum crux emicat.
Quantũ ṽo ad dei ordinationẽ xp̃s cuȝ
latronibus crucifixus eſt. Primo q2 vt
dicit Hiero. ſup Mat. Sicut ꝓ nobis
maledictũ crucis factus eſt: ſic ꝓ oĩum
ſalute inter noxios quaſi noxius crucifi
git̃. Scđo vt dicit Leo papa in ſermo-
ne de paſſione. Duo latrones: vnus ad

dexterã: alius ad ſiniſtrã crucifiguntur
in ipſa patibuli ſpecie denotaret illã
in iudicio ipſius hoĩm oĩm facienda
diſcretio. ⁊ Aug. dicit ſuper Joh. Ipſa
crux ſi attẽdas tribunal fuit. In medio
eñ iudice cõſtituto: vnus q̃ credidit li
beratus: alter q̃ inſultauit dãnatus eſt.
Jã ſignabat q̃d facturus eſt de viuis ⁊
mortuis: alios poſiturus ad dexterã ⁊
alios ad ſiniſtram. Tertio ſm̃ Hilariũ
duo latrones leue ac dextre affiguntur
oẽm humani generis diuerſitatẽ voca
ri ad ſacramentum paſſionis dñi oſten
dentes: ſed q2 per diuerſitatem fideliũ
atq3 infidelium fit omniuȝ ſm̃ dextrã
⁊ ſiniſtram diuiſio: vnus ex duobus ad
dexteram ſitus fidei iuſtificatione ſal
uatur. ¶ Tertio cruciatus eſt xp̃s acer
bo dolore propter lamentationem: quã
do vt meminit Lucas: ſequebatur illũ
multa turba populi ⁊ mulierũ que plã
gebant ⁊ lamentabantur eum. Cum q
bus etiaȝ ipſe compatiendo predixit fu
turam illius ciuitatis calamitatẽ ⁊ de
ſolationeȝ. ¶ Sed doctores hic querũt
cur ieſus chriſtus in hieruſalem pati vo
luit? Et reſpondent ꝙ hoc conueniẽter
factum eſt multiplici ratione. ¶ Primo
quidem: q2 hieruſalem erat locus a deo
electus ad ſacrificia ſibi offerenda: que
quidem figuralia ſacrificia figurabant
chriſti paſſionem: que eſt verum ſacrifi
cium. iuxta illud Ephe. v. Tradidit ſe
metipſum oblationeȝ ⁊ hoſtiam deo in
odorem ſuauitatis. ¶ Secundo q2 vir-
tus paſſionis eius ad totum mundum
diffundẽda erat: ideo in medio terre ha
bitabilis pati voluit. i. in hieruſalẽ. Un
de dicitur in pſ. lxxiij. Deus aũt rex no
ſter ante ſecula: operatus eſt ſaluteȝ in
medio terre. i. hieruſalem: q̃ dicitur eſſe
terre habitabilis vmbilicus. ¶ Tertio
q2 hoc maxime conueniebat humilitati
eius. vt. ſ. ſicut turpiſſimum mortis ge
nus elegit: ita etiam ad eius humilita-
tem pertinuit ꝙ in loco tam celebri con
fuſionem pati nõ recuſauit. Unde Leo
papa dicit in ſermone epiphanie. Qui

ſotmam ſerui ſuſceperat bethleem pre⸗
elegit natiuitati: ⁊ hieroſolymã paſſiõi
¶ Que in crucifixione xp̄s vehemẽter do
luit ꝓpter potationẽ: ꝓpter cõclauatio
nem: ⁊ ꝓpter eleuationẽ.
¶ Scdi articuli dolor tertius.

Tertius dolor ſecundi articu⸗
li dicitur crucifixionis: quan
do crucifixerunt eum in mon
te caluarie: vbi nimio dolore
agitatus eſt ꝓpter tria.

Primo ꝓpter potationẽ.
Scdo ꝓpter cõclauationẽ.
Tertio ꝓpter eleuationem.

¶ Primo nimio dolore agitatus eſt chri
ſtus propter potationem: qꝛ vt inquit
Mat. xxvij. Dederunt ei vinum bibere
cum felle mixtum. Ubi querendum eſt
quare illo vino ſic amaro potauerũt eũ
Et dicit Nicolaus de lyra: ꝙ aliqui di⸗
cunt id factum fuiſſe: vt citius chriſtus
moreretur: ⁊ ſic milites eius cuſtodia ci
tius expedirentur: qui debebant eum
cuſtodire quouſqꝫ expiraſſet. Sed ipſe
Nico. aliter dicit: Nam legitur in quo⸗
dam libro hebraico: qui apud eos inti⸗
tulatur liber iudicum ordinariorum: ꝙ
qꝛ Salomon dixerat Prouer. xxxi. Date
ſiceram merentibus: ⁊ vinum his qui
amaro ſunt animo: vt bibant ⁊ obliui⸗
ſcantur egeſtatis ſue. Et ideo ſeniores
iudeorum ſtatuerant vt cõdemnatis ad
mortem daretur vinum aromaticuꝫ ad
bibendum vt facilius tolerarẽt paſſio⸗
nem. In hieruſaleꝫ aũt erant matrone
deuote ⁊ compaſſiue: que hoc vinum ⁊
ſiceram. i. potum inebriatiuum dabant
ex deuotione. Iudei ergo ex nimia cru⸗
delitate moti tale vinum datum ꝓ chri
ſto ⁊ alijs duobus latronibus accepe⸗
runt ſibi ſm̄ ꝙ dictũ erat Amos. ij. Ui⸗
num damnatorum bibebant: ⁊ loco eiꝰ
poſuerunt acetum cũ felle mixtum. Ta
lem potum cum guſtaſſet ieſus noluit
bibere. Nec contradicit Marcus. xv. cu
ius textus habet. Et non accepit: qꝛ nõ
accepit ad bibendum: ſed ad guſtandũ
ſolum: vt ſic impleretur in eo qđ dictuꝫ
eſt in pš. lxviij. Et dederũt in eſcã meaꝫ
fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto.
¶ Scdo multo dolore fatigatus eſt xp̄s
ꝓpter conclauationem: qñ. ſ. cruce iam
parata atqꝫ diſpoſita: ⁊ in terra collo⸗
cata ſm̄ cõem opinionem exuentes ne⸗
quã illi magno impetu dn̄m ieſum chri
ſtum ad terram ꝓiecerunt vt clauis eũ
configerent. Et lꝫ euangeliſte non om̄ia
dicãt: qꝛ tm̄ eſſentialia ſcribere curaue⸗
runt: nihilominus veriſimiliter credere
poſſumus: ꝙ ita nudatus ⁊ genuflexus
ieſus vt ſe ſuper crucẽ extẽderet oculis
ad celum leuatis in corde ſuo dixit: Su
ſcipe ſctẽ pater eterne me dilectũ filiuꝫ
tuũ: quẽ tibi offero in ſacrificiũ imma⸗
culatũ pro ſalute humani generis: ⁊ re
miſſione pctõꝝ. Ecce iaꝫ nõ offeruntꝰ ti⸗
bi legalia ſacrificia hircoꝝ: aut agnoꝝ:
vel ſimiliũ: ſed caro innocentis mei filij
tui. Triginta ⁊ tres anni elapſi ſunt q̃⸗
bus hãc crucẽ ſemꝑ aſpiciẽs in illã mori
ꝓ humani generis redẽptione cõcupi⸗
ui ⁊ deſideraui. Tandẽ ꝓiciẽs ſe ſuper
crucem: manus ſuas ⁊ pedes liberaliſſi
mo geſtu extẽdit. Acceperũt aũt clauos
crucifixores: ⁊ cõfixerũt eũ. Malleoruꝫ
aũt ictus ⁊ ſonitus audiri poterãt a vir
gine mr̄e: cuius cor clauis illis acutiſſi⸗
mis: q̃ manus ⁊ pedes: oſſa ⁊ carnes fi⸗
lij ſui rũpebãt cõfigebatꝰ. Crucifixi ſunt
etiã cũ eo duo latrones: quos pleriqꝫ vo
luerũt tenere fuiſſe cruribus alligatos
tm̄. Sed ego dico ꝙ fuere cõclauati: qꝛ
vt inqͥt Aug. ſuꝑ Ioh. Pẽdẽtes i ligno
clauibus ad lignũ manibus cõfixi: pro
ducta morte necabantꝰ. Scripſit autẽ ⁊
titulũ Pilatus: ⁊ poſuit ſuꝑ crucẽ. Erat
aũt ſcriptũ Ieſus nazarenus rex iudeo
ruꝫ: litteris hebraicis: grecis: ⁊ latinis.
Ubi queritꝰ a doctoribus cur hac tripli⸗
ci lingua deo volente titulus ille fuerit
ſcriptus. Et reſpõdet Chryſ. Credibile
eſt multos gentiles ſimul cũ iudeis pro
pter feſtum cõueniſſe: ⁊ ideo vt nullus
ignoraret nõ in vna lingua: ſed in tribꝰ
ſcripſit. ⁊ Aug. dic: Tres lingue ibi pre
ceteris eminebant. Hebraica propter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iudeos in dei lege gloriātes. Greca ꝓ-
pter gentiū ſapientes. Latina ꝓpter
romanos multis ac pene oībus tūc gē
tibus imperantes. Theophilus ṽo in-
quit: Significat aūt ſuperſcriptio tri-
plici ſermone ſignata: dn̄m eſſe regem
practice: philoſophice: necnō theologi
ce. Nam per latinas litteras figuratur
practica: eo ꝙ romanū imperiū poten
tiſſimū ſatiſq̧ officioſum in expeditio
nibꝰ fuit. Per grecas ṽo philoſophia
figuratur. Greci nāq̧ erga naturaliū
ſpeculationē inſudauerūt. Demū per
hebraicas theologia protendit dū iu-
deis eſt credita rerū diuinarū agnitio.
Dicebant ergo pilato pōtifices iudeo-
rum. Noli ſcribere rex iudeoꝝ: ſed quia
dixit: Rex ſum iudeoꝝ. Reſpōdit Pila
tus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites aūt
diuiſerunt ſibi veſtimēta ſua: ⁊ tunicā
mittentes ſortem: erat aūt tunica incō
ſutilis. i. ſine ſutura deſuper cōtexta ꝑ
totū: ſuper quā miſerūt ſortes. Et licꝫ
Johānes dicat Johā. xix. Et pſalmiſta
pſ. xxj. Qꝛ ſortes miſerunt ſuper eis. ſ.
alijs indumentis xp̄i: tn̄ ſm Nicol. de
lyra. illud debet intelligi ꝑ ſynecdochē
ideſt ſuꝑ aliquid eoꝝ. i. ſuper tunicā.
¶ Tertio vexatus eſt ieſus multo dolo
re qn̄ crux fuit eleuata a terra: ⁊ poſita
in foramine atq̧ plantata: in q̄ iā natꝰ
erat fructus noſtre ſaluatiōis: anteq̄
in mōte caluarie defigeret. In ipo aūt
motu ⁊ eleuatione crucis: ac plantatio
ne pōdus corporis per tres clauos vel
quattuor ſm quoſdā ſuſtinebat. Ideo
membra illa debilitata incredibili cru
ciabantur dolore. Sed ⁊ tunc meſtiſſi
ma mater filiū intuens contemptibilē
confuſibilē: deſpectū: deformem: gran-
di anguſtia plenū: plagis attritum: in
medio latronū pendentem: adiutorio
Magdalene ⁊ Johānis quātū potuit
cruci ꝓpinquā ſe fecit. Ubi mutatā cer
nens aſpectus filij ſui venuſtatē ⁊ ele-
gantiā: conſiderānſq̧ ꝙ graui ſuppli-
cio detinebat lamētabiles voces emit
tebat. Hoc aūt expreſſit Johannes qn̄
dixit: Stabat autē iuxta crucē ieſu ma
ter eiꝰ: ⁊ ſoror matris eius Maria cleo
phe: ⁊ Maria magdalene. ¶ Sed du-
bium hic eſt: qꝛ Luce. xxiij. dicit: Sta
bant omnes noti eius alonge. Sed di
cit Nicol. de lyra: ſequendo Aug. in li.
de cōſenſu euāgeliſtarū: ꝙ in tāto in-
teruallo erāt: vt ⁊ iuxta dici poſſent: q̄
in cōſpectu eius preſto aderāt: ⁊ alōge
reſpectu turbe ꝓpinquius circūſtantis
cum Centurione ⁊ militibus. Preter
euntes autē blaſphemabant eū moue
tes capita ſua ⁊ dicentes: Mat. xxvij.
⁊ Marci. xv. Uah qui deſtruis tēplum
dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Sal
ua temetipſum. Si filius dei es deſcē
de nunc de cruce. Similiter et princi
pes ſacerdotum illudentes cū ſcribis
et ſenioribus dicebant: Matth. xxvij.
Marci. xv. et Luce. xxiij. Alios ſaluos
fecit: ſeipſum non pōt ſaluū facere. Je
ſus autem in tot perſecutionibꝰ ⁊ ma
ledictis dixit verbum illud primum in
cruce omnis patientie exēplum Ma.
xxiij. Pater dimitte illis: quia neſciunt
quid faciunt: opere implens qḋ verbo
docuit qn̄ dixit: Orate pro perſequen
tibus ⁊ calūniantibus vos. Imprope
rabāt etiā ei latrones qui crucifixi erāt
cum eo: Lucas ṽo dixit ꝙ vnꝰ tm̄ blaſ-
phemabat: quē alius reprehendit. Sꝫ
Aug. in lib. de conſenſu euangeliſtarū
dicit: ꝙ Johannes loquitur in plurali
ponens plurale ꝓ ſingulari ſm vſita-
tum loquendi modū. Uel pōt dici ſm
Hiero. ꝙ primum vterq̧ blaſphema-
uerit: deinde vnus credidit in chriſtū
et priorē negationē ſequenti confeſſio-
ne emendauerit. Unde Hiero. ſequit:
In duobus latronibus vterq̧ popu-
lus ⁊ gentiliū ⁊ iudeoꝝ primo dominū
blaſphemauit: poſtea ſignoꝝ multitu-
dine alter exterritus egit penitentiā: ⁊
vſq̧ hodie iudeos īcrepat blaſphemā-
tes. Hec ille. Dixit ergo latro penitens
Luce. xxiij. Dn̄e memento mei dum ve
neris in regnum tuū. Reſpiciens autē
ieſus benedictus huius latronis con-

tritionem: fidē: ſpē: atq; charitatem:
reſpondit ei ſm verbū qd̄ in cruce ꝓtu
lit dicens: Luce. xxiij. Hodie mecū eris
in paradiſo. O felix ꝓmiſſio. O breuis
tāte felicitatis adimpletio. Nullus āte
latronem hoc verbū audiuit. Promiſſa
ſiquidē fuit patribus et ꝓphetis eter⸗
na vita per xp̄m: ſed nulli ſicut latroni
ita breui ſpacio deſignata.
¶ M in inſpectione xp̄s vehemēter do
luit ꝓpter querelationē: ꝓpter recorda
tionē: ꝛ ꝓpter cōmendationē.
¶ Scd̄i articuli dolor quartus.

Quartꝰ dolor ſcd̄i articuli dr̄
inſpectionis. Cū eñ de cru⸗
ce inſperiſſet matrē aſperri
mo dolore vulneratū eſt cor
eius ꝛ ꝑcipue ꝓpter tria.
Primo ꝓpter querulationē.
Scd̄o ꝓpter recordationē.
Tertio ꝓpter cōmendationē.
¶ Primo doluit xp̄s ꝓpter q̄relationē.
Audiebat nāq; q̄relas matris ingemē
tis ꝛ dicētis ſibi vocabulū illud qd̄ per
triginta ꝛ tres annos cū tanta dulcedi
ne vtriuſq; cōmemorauerat. In paſſio
ne vō illud ꝓferebat cū corde pleno do
lore merore ꝛ amaritudine. Poterat er
go virgo illa ſanctiſſima lamētari ꝛ di⸗
cere: Fili mi aīe mee olim conſolatio ꝛ
gaudiū: nunc aūt gladiꝰ penetrabilior
oī mucrone acutiſſimo. Fili mi quē no
uē menſibus in vtero tenui: quē paruo
lacte paui: quē totiens infantē et par⸗
uulū pānis inuolutū: in cuna repoſui:
ꝛ amoroſis amplexibꝰ ſtrinxi iterū bera
mea et oſculata ſum. O q̄ infelix mihi
ꝛ tibi facta eſt dies iſta. Et q̄s poterit
mederi vulneribꝰ doloꝝ meoꝝ: ꝛ miti⸗
gare anguſtiā miſelle matris tue: cum
inſpiciā te filiū meū vt leproſuz factū:
q̄ ſpecioſus eras pre filijs hoīm: vt ma
leficū ꝛ reū cū iniq̄s deputatū. Qui ſan
ctus ſanctoꝝ es: vt fatuū ꝛ ſtultum cer
no: in quo reconditi ſunt oēs theſauri
ſapiētie dei: vt hoſtē et oīm inimicū: q̄
oībus affabilis benignꝰ ꝛ humanꝰ ſem
per aſtitiſti et ſup oīa velut oblitū mei
vidue matris tue. Nā ecce iā morieris
ꝛ nihil mihi dicis. Et q̄d faciā ego ſine
te filio meo? Quo diuertā? Ad quē con
fugiā. Tu mihi pater: tu mihi frater: tu
mihi blādus filiꝰ eras: tu mee diuitie:
tu mee delitie: tu mea glīa. O me deſo
latā: q̄ tantū filiū in cruce video defice
re. O amātiſſime fili loq̄re mihi matri
tue: loquere vt audiā vocē tuā cygneo
canore dulciorē. Loq̄re inquā vt ſic ſal⸗
tē audiēs v̄ba tua patiētior fiā ad tole
rādā que me cruciat ꝓ amore tuo penā
Non deneges mihi qd̄ poſtulo. Exaudi
me ꝛ v̄bo tuo ꝯſolare ne deficiā in hac
tribulatione. O fili mi lumen oculorū
meoꝝ condeſcēdiſti latroni miſericor⸗
diter loquēs ei. Acq̄eſce itaq; voto ma
tris tue: ꝛ dic mihi q̄d factura ſim. Cui
me orphanā derelinq̄s? His vel ſimilibus
querelis pulſabat meſtiſſima mater au
res afflictiſſimi filij ſui: q̄ nō minorem
penā experiebat̄ in mēte ꝓpter teneri
tudinē matris q̄ ſentiebat in corpore
a planta pedis vſq; ad capitis verticē
vulnerato. Ideo ſm quendā deuotuz:
tacitus ī corde ſuo dicebat carmen il⸗
lud vulgare ſiue eiꝰ ſnīam. Matre mia
bñdicta molto te vego afflicta. El tuo
lachrymare e vna ſagitta. Che el cuor
mio ha paſſato. Nō plāgere o mr̄e mia
El tuo lachrymare e pena mia. Sup⸗
porta fin chio ſia da morte reſuſcitato.
¶ Scd̄o doluit xp̄s ꝓpter recordatio⸗
nē. In talibꝰ nāq; myſterijs recordaba
tur: ꝛ in ſeipo ꝯferebat dicens: O mea
mater quō oīa gaudia q̄ de me ſuſcepi
ſti ꝯuerſa ſunt in merorē ꝛ luctū? Ubi⸗
nā ſunt angeli in mea natiuitate cātā⸗
tes? Ubi paſtores ad ꝑſepe veniētes?
Ubi oriētales reges in cuna me adorā
tes? Ubi grata ꝑ triginta ꝛ tres annos
vtriuſq; ꝯuerſatio ꝛ familiaritas? Ubi
tot ꝛ tāta de me ꝑdicata miracula: ꝓ⸗
pter que oīa letabat̄ cor tuū? Heu me
nūc vides tantū filiū tuū factū in deri⸗
ſum oī ꝑplo: ꝛ abiectiſſimā mortē pati.
¶ Tertio doluit xp̄s ꝓpter cōmēdatio
nē qn̄ aperiēs os ſuū melliſluū dixit ei

Ioh.xix. Mulier ecce filius tu⁹.ſ.iohā
nes euāgeliſta: q̇ ſecū iuxta crucē aſta=
bat. Et vt doctores dicūt nō vocauit eā
materno noīe: ſed cōi ne ex teneritudi=
ne noīs materni: ſi exprimeret aggra=
uaret anim⁹ ei⁹. Deinde cōmēdans eā
diſciplo dixit: Ecce mater tua.q.d. De=
puto te ad ei⁹ obſequiū. Et ex illa hora
accepit eā diſcipulus in ſuā.ſ.curā ⁊ di
ligentiā. O quot doloꝝ aculeis pūctuȝ
fuit cor virgineū ex vna parte: cū mu=
lieris nō matris audiuit vocabulū. licȝ
ex parte altera aliqualr̄ ↄſolaret: q̄ fi=
lius amātiſſim⁹ ei⁹ ieſus eā cōmēdaue
rat dilecto diſcipulo. Ideo Aug. ait ſu
per h̄ paſſu Ioh.xix. Ex illa hora ⁊c.
Hec nimiruȝ eſt illa hora: de qua ieſus
aquā ↄuerſurus in vinū dixerat matri:
Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? nondū ve
nit hora mea. Tunc em̄ diuina factur⁹
nō diuinitatis: ſed infirmitatis matrē
velut incognitā repellebat. Nunc autē
humana iā patiēs ex quo fuerat factus
hō: affectu cōmēdabat hūano. Mora=
lis igitur inſinuat locus et exēplo ſuo
inſtruit p̄ceptor bonus: vt a filijs pijs
impendatur cura parentibus tanq̄ li=
gnum vbi erant fixa membra moriētis
eſſet cathedra magiſtri docentis.
¶ Ter xp̄s vehementer doluit in clama=
tione ꝑpter mūdi horrorē: ꝑpter ſui cō
fuſionē: ⁊ ꝑpter patris derelictionem.
¶ Tertij articuli primus dolor.

PRim⁹ dolor tertij artic̄li ē̄ ex
clamationis. Oñdit em̄ in
clamore ſuo imēſitatē dolo
ris: ⁊ potiſſimū ꝑpter tria.
Pri̇o ꝑpt̄ mūdi horrorē.
Scd̄o ꝑpter ſui cōfuſionem.
Tertio ꝑpter patris derelictionē.
¶ Primo oſtēdit xp̄s imēſitatē doloris
in mūdi horrore. qn̄.ſ. inſenſibiles crea
ture crudelitatē q̄ in ipm̄ fiebat horrē=
tes modo ſuo patienti ieſu cōpati viſe
ſunt. A ſexta nanq̇ȝ hora tenebre facte
ſunt ſup vniuerſam terrā vſq̇ȝ in horā
nonā. Et vt Lucas.xxiij. inq̇t: Sol ob=
ſcūrat⁹ eſt: et velum tēpli ſciſſum eſt in
duas partes: a ſummo vſq̇ȝ deorſum: ⁊
petre ſciſſe ſunt: et terra mota eſt. Vbi
apparet ꝑturbatio corpoꝝ ſupioꝝ pri=
mo: deinde inferioꝝ. Qualiter aūt fuit
illa tunc ſolis eclipſis doctores varie
ſunt opinati. Hieronym⁹ nāq̇ȝ dixit q̄
ille tenebre fuerunt facte p̄ retractionē
radioꝝ ſolis diuina virtute. Origenes
aūt dixit q̄ hoc factū eſt p̄ interpoſitio
nē nubiū dēſarū. Sȝ in hoc magis cre
dendū eſt Dionyſio ariopagite: q̇ dicit
in epl̄a ad Policarpū hoc fuiſſe p̄ inter=
poſitionē lune iter terrā ⁊ ſolē: ſicut fit
i eclipſi ſolis. Et ibidē dicit: q̄ ipſe hoc
vidit tūc exiſtēs in egypto vbi eſt aeris
puritas. Vidit igit lunā ab oriēte aſcē
dētē vſus meridiē ⁊ ſupponētē ſe ſoli.
Hiero. aūt et orige. nō loquunt de illa
eclipſi aſſerēdo q̄ ſic fuerit vt dicūt: ſed
q̄ potuit ſic fieri. Quare ſequēdo Dio=
nyſiū dicim⁹ q̄ illa eclipſis non potuit
eſſe naturalis: ſȝ miraculoſa ⁊ hoc mul
tipliciter. ¶ Pri̇o q̄ luna erat q̇ntadeci
ma: ⁊ tūc diſtat a ſole p̄ diametrū celi.
Eclipſis aūt ſolis nō pōt fieri naturalr̄
niſi tp̄e ↄiunctionis ſolis ⁊ lune: ꝑpter
qđ dicit Dionyſi⁹ q̄ mirabat q̄ nō erat
tp̄s conueniēs ad talē coniūctionem.
¶ Scd̄m miraculū fuit q̄ trāſacta ecli
pſi luna redijt ad oriētē: ita q̄ in veſpe
fuit in oriēte ſole exiſtente in occidēte:
⁊ ſic orbes eoꝝ ſunt ad priſtinū ſtatum
reſtituti. ¶ Tertiū miraculū fuit: q̄ pe
oriētalis ſolis primo fuit obſcurata: et
iterum vltimo illuminata: ↄrio aūt mō
fit in eclipſi naturali. ¶ Quartū mira=
culū fuit: q̄ luna fuit imobilis ſub ſole
per tres horas. In naturali xo eclipſi
continue mouet ſub ſole: vt etiā refert
Chryſ. ¶ Quintū miraculū fuit: q̄ illa
eclipſis abſtulit lumen vniuerſis parti
bus terre: licȝ aliq̇ hoc velint intelligi
tm̄ de terra Iudee. Verūtm̄ vt apparet
ex dictis dionyſij fuit in egypto: fuit in
grecia: ⁊ fuit Rome: ⁊ ſic in alijs mūdi
partib⁹. Vn̄ Oroſius ait: Cū dn̄s pati
bulo affixus eſt maximo terremotu per
vrbē Romā facto: ſaxa in mōtib⁹ ſciſſa:

maritimarūqꝫ vrbiū plurime partes plꝰ ſolita cōcuſſione ceciderūt. Eodēqꝫ die ab hora diei ſexta ſol in totū obſcuratꝰ eſt: terra nox ſubito obducta terris eſt: adeo vt ſtellas tunc diurnis horis: vel potius in illa horrēda nocte toto celo viſas fuiſſe referat. Euſebiꝰ etiā ī chronica aſſerit ſe legiſſe: ꝙ tūc in bithynia que eſt in Aſia fuit magnꝰ terremotꝰ: ⁊ maior ſolis obſcuratio ꝙ̄ vnꝙ̄ fuerit: ⁊ ꝙ dies hora ſexta in tenebroſaꝫ noctē verſus ſit: ita vt ſtelle viderent̄ in celo: ⁊ ꝙ in Nicea q̄ eſt vrbs Bithynie multas edes terremotus ſubuerterit. De illius eclipſis miraculo. Dionyſiꝰ in epiſtola ad Apolophaniū q̄ ſecum erat in Egypto illo tp̄e poſtea ſic ſcripſit. Cum reperimus: q: ⁊ erat notiſſimū ſolē pati moleſtias nō debere: aio ad te vaſte peritie ſacrariū: adhuc neſcimus tante rei myſteriū. Quid inquā ſpeculum doctrine Apolophani his ſecretꝭ aſcribis atqꝫ tu mihi ore diuino: ⁊ nō humani ſenſus ſermone: O bone Dionyſi diuinarū ꝑmutationes ſunt rerum. In hiſtoria xp̄o ſcholaſtica legit̄: ꝙ ꝑhi ad h̄ adducti ſunt vt dicerent: Aut deus nature patit̄ aut ordo nature peruertit̄. De turbatione corpoꝝ inferioꝛuꝫ clara ſunt oīa. Tm̄ de velo ſciēdū eſt ſc̄m Nicolaū de lyra: ꝙ erat iuxta tēplū inter ſanctū ⁊ ſanctū ſanctoꝝ. Cuiꝰ ſciſſio ſignificauit impletionē v̄itatis in morte xp̄i q̄ latebat in figuris veteris teſtamēti. ❡ Sc̄do fuit imēſus doloꝛ xp̄i ꝓpter ſui cōfuſionē: qn̄ ꝯſiderabat ꝙ̄ cōfuſibiliter patiebat̄: q: precedēti dn̄ica ab oī ꝑplo ita venerabiliter fuerat ſuſceptꝰ. Erat etenī paſſio eiꝰ ignominioſiſſima ⁊ deſpecta valde: de qua alꝭ deo dante ſuo loco dicemꝰ. ❡ Tertio īmenſus fuit doloꝛ xp̄i propter patris derelictionē. Ideo clamās circa horā nonaꝫ voce magna dixit: Hely hely lamazabathani. Qđ eſt interp̄tatū. hely. i. deꝰ meus. lama. i. quare. zabathani. i. dereliquiſti me. Ubi glo. d̄: deus eum deſeruiſſe in morte; q: poteſtati ꝯſequētiū eū expoſuit. Subtraxit em̄ ꝓtectionē: ſed non ſoluit vnionē. Quidā aūt illic ſtātes. ſ. milites romani ſc̄m Hierony. idioma hebraicum ignorātes dicebāt: Heliam vocat iſte. At et mater verba illa audiēs ⁊ intelligēs: illoꝛūqꝫ vim cōſiderās vndiqꝫ experiebat̄ meroꝛem. ❡ Cꝛ xp̄s vehemēter doluit in potatione ꝓpter amaricationē: ꝓpt̄ pctōꝝ obſtinationē: ꝓpterqꝫ mr̄is lamētationē

❡ Tertij articuli ſecundus doloꝛ.

Ecūdus doloꝛ tertij articuli dicitur potationis: qn̄ iterꝫ clamans dixit: Sitio: oblataqꝫ fuit oꝛi eiꝰ ſpongia potu amariſſimo repleta. Tūc doluit xp̄s propter tria.

Primo propter amaricationem.
Sc̄do ꝓpter pctōꝝ obſtinationē.
Tertio ꝓpter matris lamētationē.

❡ Primo doluit xp̄s ꝓpter amaricationem: q: ſpongia illa oꝛi eiꝰ ſic appoſita amaricauit labia et eius linguā: quare iterū clamās dixit Ioh. xix. Cōſummatū eſt. i. totū iā coꝛpus meū doloꝛibus ⁊ paſſionibꝰ circundatū eſt. Nā lingua que ſine leſione hucuſqꝫ fuerat reſeruata: modo amaritudine eſt repleta. Uel conſummatum eſt myſtice intelligēdo opus redemptionis humane. ❡ Sc̄do doluit vehemēter xp̄s ꝓpter pctōꝝ obſtinationē. Non em̄ minꝰ ſitiebat peccatoꝝ ſalutē ꝙ̄ coꝛporis ſui in cruce extenſi ⁊ fatigati recreationem. Dicebat etem̄ ſitio. ſ. ſalutē oīm: q: ꝓ oībus patioꝛ: ꝓ oībus ſanguinē meū p̄ri offero pro oībus moꝛioꝛ. Uenite ad me om̄es coꝛde compūcti: ⁊ emēdatione ac correctione veſtra recreate mentē meā. O ꝙ̄ grauis tūc illius animū doloꝛ vrgebat cū videbat innumeros eſſe: q̄ a peccatis ad pn̄iam nunꝙ̄ redirent: qbꝰ nec paſſionis ſue virtꝰ ꝓpter eoꝛū duriciā eſſet in aliquo ꝓfutura. Ut em̄ dicunt theologi licꝫ xp̄i paſſio ſufficientiſſima fuerit ꝓ ſalute oīm: tn̄ illius effectū nō conſequunt̄ illi qui peccata deponere nolunt. Quare cum oībus ꝓſit ſuffi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciēter: nō tamē oībus efficienter. Unde ſicut erga xp̄m crudeles fuerunt illi qui eū potauerūt felle ⁊ aceto: ita pctōres q̄ ad pn̄iam redire nolūt. Audite illū audite o peccatrices aīe: pro vobis clamat amoroſiſſim⁹ ieſus: ꝓ vobis dicit: Sitio. Cur ergo ſaxea corda nō rumpitis. Cur tā clemētiſſime dn̄o nō compatimini. Hinc Bern̄. ait: Aſcēdit in altum crucis vt ab oībus videretur: voce magna clamauit: vt ab oībus audiretur: clamori lachrymas addidit: vt ei homo cōpateretur. Qui ad eius vocē nō excitatur ad clamorē nō cōpungitur: grauior eſt terra et fetidior ſepulcris. ¶ Tertio doluit xp̄s vehemēter ꝓpter matris lamētationē. Potuit igiť tūc ſ͛go benigniſſima filiū audiens in cruce dicētē: Sitio: multis ſingultibus lachrymis ac ſuſpirys dicere: Heu heu me: quid video? q̄d audio? O vniuerſe creature celi et terre admiramini paupertatē fily mei. Ipſe em̄ q̄ diuinitatis ſue potētia ſatiat angelos: paſcit etiaꝫ prouidētia ſua volucres celi ⁊ piſces maris: beſtias ac vniuerſa pecora cāpi: atqꝫ hoībus cunctis quotidianuꝫ panē diſtribuit: clamat in cruce: Sitio. ⁊ denegatur ſibi paululuꝫ aque: immo tribuitur ſibi potus amariſſimus. O fili fili fili mi amoroſiſſime cur tibi de meo pectore lac illud porrigere non valeo: qđ totiēs dum paruulus eras ſuxiſti. O fili mi cur nō poſſuꝫ tibi miniſtrare in cruce ſitienti cibum ⁊ potū queꝫ colo ⁊ lac ita diligenter dum infantilis eras acquirebā. Poterat etiā tūc illa feruētiſſima magdalena et ipſa flēdo dicere. O magiſter chare: o magiſter bone. Et cur ego indigna tua diſcipula in hac tanta neceſſitate tibi ſubuenire nō poſſum. O damnata ſeuitia iudeorum: cur tanto furore inflammaris aduerſus dn̄m et magiſtrū meuꝫ: Que oīa ipſi dn̄o ieſu ad dolorē accedebāt. ¶ Qr̄ xp̄s vehemēter doluit cognoſcēs generalē ſcandalizationem: iudeoꝝ ingratitudinē ⁊ multorū incōpaſſionē.

¶ Tertij articuli tertius dolor.

Tertius dolor tertij articuli ē cognitionis. Doluit etiam ſumopere ieſus noſter amoroſiſſimus propter ſuā ſcientiā ⁊ cognitionem: qr̄ vt inquit ſapiens Eccs. j. Qui addit ſciētiā addit ⁊ dolorē: al's laborē. Et licꝫ oīa xp̄s cognoſceret preſentia: preterita: ⁊ futura. Verū tamen in cruce poſitus cognoſcebat et conſiderabat precipue tria: vnde triſtabatur atqꝫ dolebat.

Primo generalē ſcandalizationē,
Scđo iudeoꝝ ingratificationē,
Tertio multoꝝ incompaſſionē.

¶ Primo cognoſcebat generalē ſcādalizationem. Videbat vtiqꝫ ꝙ virgine matre dumtaxat excepta in qua ſola vt doctores dicunt remāſit fides diuinitatis ſue: ceteri omnes a fide defecerāt. Nam apoſtoli et oēs diſcipuli vidētes ignominiam crucis: putauerunt eū purū hominē ⁊ non deum. ¶ Scđo cōſiderabat xp̄s ⁊ cognoſcebat iudeorū ingratificationem: de quoꝝ ingratitudine dolens in ſeipſo: dicebat illud Mich. vj. quod eccleſia hodie decantat. Popule meus quid feci tibi: aut in quo contriſtaui te? Rn̄de mihi. Ego propter te flagellaui egyptū cum primogenitis ſuis: ⁊ tu me flagellatum tradidiſti. Ego te eduxi de egypto demerſo pharaone in mari rubro: ⁊ tu me tradidiſti principib⁹ ſacerdotū. Ego ante te p̄iui in colūna nubis ⁊ tu me adduxiſti ad p̄torium pilati. Ego te paui māna p deſertū: ⁊ tu me cecidiſti alapis ⁊ flagellis. Ego dedi tibi ſceptrū regale: ⁊ tu mō capiti meo coronam ſpineā. Ego ꝓpter te chananeorum reges percuſſi: et tu percuſſiſti arūdine caput meū. Ego te exaltaui magna v͛tute: ⁊ tu me ſuſpēdiſti in patibulo crucis. ¶ Tertio cognoſcebat ⁊ cōſiderabat xp̄s i cruce multoꝝ incōpaſſionē. Sciebat etēim quotquot futuri erāt q̄ nō ſolū ſibi compati nō debebāt: verūtiā ⁊ crucē ipſaꝫ ⁊ paſſionē ipſius forēt deriſuri. Verbum nanqꝫ crucis vt apl's inq̄t. j. Cor. j. pereūtib⁹ q̄dē ſtulticia eſt. O q̄t innume

rabiles: vt ſic dicã: viri ⁊ mulieres inter xpianos reperiuntur: q̃ hodie paſſionẽ xpi recolẽtes nec minima pietate flectũtur: nec curãt dare operã vt in cõmemoratione tãti myſterij: etſi nõ oculis corporis: ſaltẽ oculis mẽtis fleant ⁊ lachrymẽtur. Quinimmo multi ſunt qui aut luxuria aut auaricia aut ſupbia excecati dñm ieſum xpm habent in deriſum: rurſus ſibi crucifigẽtes filium dei. Pro quibꝰ oibꝰ ipſe mitiſſimus dñs ſua charitate ⁊ dolore attrahebat vehemẽter.

¶ Qr chriſtus vehemẽter doluit dũ inclinato capite emiſit ſpiritũ: ⁊ de lamẽtatione matris eius.

¶ Tertij articuli dolor quartus.

Quartus dolor tertij articuli dr ſeparationis. Doluit dñs ieſus xps dum clamauit ad patrẽ dicẽs Luce.xxiij. ⁊ pſ. xxx. In manus tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ: ⁊ inclinato capite tradidit ſpiritũ. Ubi Chryſ. ait. Per hoc ꝙ moriẽs vocẽ emiſit magnã: aptiſſime ſe verũ deũ eſſe oſtẽdit. Qm̃ hoies cũ moriũtur vix tenuẽ vocẽ emittere poſſunt. Caput aũt inclinauit vt ex modo moriẽdi oſtẽderet ꝙ moriebat ex obediẽtia patris. Cõprobata autẽ fuit veritas mortis eiꝰ: vt pꝫ ex textu euangelij Joh. xix. Judei eñ qm̃ paraſceue erat. i. dies veneris: in cuiꝰ veſpera incipit ſolẽnitas ſequẽtis ſabbati: vt nõ remanerẽt in cruce corpa ſabbato. Erat eñ magnus dies ille ſabbati: et ppter ſe ⁊ ppter paſche ſolẽnitatẽ: rogauerũt pilatũ vt frãgerẽtur crucifixoꝝ crura: ⁊ de cruce tollerẽtur eoꝝ corpora. Uenerũt ergo milites ⁊ fregerũt crura latronũ. Ad ieſum aũt cũ veniſſent vt viderũt eũ iam mortuũ nõ fregerũt eius crura: ſed vnus militũ lancea latus eiꝰ aperuit: et cõtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Sanguis ad nr̃am redemptionẽ. Aqua ad peccatoꝝ ablutionẽ. Sciendũ tñ ſm beatũ Thomam iij. parte. q. lxvj. arti. iiij. in reſponſione ad. iij. argu. ꝙ aqua illa nõ fuit humor phlegmaticus vt quidam dixerunt: ſed aqua miraculoſe egrediẽs a corpe mortuo: ſicut ⁊ miraculoſe prodijt ſanguis: ad cõprobandũ veritatẽ dñici corporis cõtra manicheoꝝ errorẽ: vt ſcꝫ per aquã que eſt vnũ ex quattuor elementoꝝ numero: corpus xpi vere fuiſſe cõpoſitum ex quattuor elemẽtis: per ſanguinẽ ṽo oſtẽderetur eſſe cõpoſitum ex quattuor humoribus. Itaqꝫ poſt tot labores: cruciatus: ⁊ penas: rex angeloruꝫ et dñs in crucis ſupplicio fuit extinctus. O quale nouũ? Quo merito pro amore ⁊ pietate tãti dñi oẽs hoies lugere debẽt ſenes ⁊ iuuenes: mulieres ⁊ viri. Moueri ſiquidem debẽt eorum corda: cum intuentur mortuum inter latrones benignum ieſum et matrẽ ſemiuiuam inter brachia marie magdalene: ⁊ iohãnis euãgeliſte ac aliarũ mulierũ deuotarũ cadentem. O ꝙ durus eſſet qui tẽperaret a lachrymis vidẽs virginẽ illam iuxta crucẽ interfectum filiũ lamẽtantẽ. Puto ꝙ pre lachrymis ⁊ clamoribus precedentibus rauce facte fuerant fauces eius: tñ voce qua poterat clamãs dicebat: O fili mi vita angeloꝝ: quomodo extinctus es: ⁊ amplius non loqueris. O fili mi lumen oculoꝝ meoꝝ: quis mihi det vt moriar pro te? O fili mi in cuius conceptu partu ⁊ ortu tantã ſuſcepi leticiã: quomodo oĩa mihi verſa ſunt in triſticiã? O pater eterne defleo ⁊ plango vnigenitũ filiuꝫ tuuꝫ ac meũ: ⁊ pre dolore quaſi deficio. Adiuua me ⁊ quaſi dolore mortue mihi ſuccurre. O gabriel angele: et vbi ſunt verba que mihi dixiſti? Dixiſti naqꝫ mihi Aue: id eſt ſine ve: ⁊ hodie circũdederũt me anguſtie vndiqꝫ. Dixiſti mihi ꝙ eram plena gratia: et hodie plena ſum tot tribulationibus. Dixiſti mihi ꝙ erã in mulieribus benedicta: ⁊ hodie ſum a iudeis maledicta. Dixiſti mihi ꝙ erat benedictus fructus ventris mei: et ecce fructus eſt hodie crucis maledictum. O me miſeram tot penis atrociſſimis agitatam. Fleuit ergo hodie xps ſaluator noſter in cruce. Fleuit mater eiꝰ maria peccatoꝝ omniũ aduocata. Fleuit ma-

gdalena: fleuit iohannes: fleuit petrus: fleuere diſcipuli ceteri: fleuit ſol dū obſcuratus eſt: fleuit terra dū cōtremuit: fleuit tēpli velū dū ſciſſum eſt: fleuerunt ſaxa dū ſunt ſciſſa: fleuerūt ſepulcra dū ſunt aperta. Plange ergo ⁊ tu o popule chriſtiane: ⁊ dū paſſionē xp̄i cōmemoras: age ei quas potes totis viribꝰ gratias: vt ſic ipſe participes nos efficiat meritis ſctiſſime paſſionis ſue: qui cū patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat deꝰ per immortalia ſeculoꝝ ſecula. Amen.

¶ Sabbato ſancto de ſepultura corporis xp̄i ⁊ eiꝰ morte: quā ſemꝑ animo reuoluere debemus. Sermo. lxx.

ERat enim magnus dies ille ſabbati. Scribuntur hec v̄ba Johānis. xix. Deuotiſſimus hic dies ſabbati pia deuotione a nobis eſt recolendus in quo dn̄i noſtri ieſu xp̄i mors occurrit nō immerito contemplāda. Diximus nāq̧ in p̄cedēti ſermone quātis doloribꝰ agitatus xp̄s crucem pro nobis cōſcendit: ibiq̧ tradidit ſpiritū. Nūc v̄o ad declarāda ſue mortis myſteria dirigēdus eſt ſtilus. Neq̧ enim quicq̄ aut deuotius aut conueniētius meditari hodie fideles poſſent. Propterea magnus dr̄ dies ille ſabbati: nō ſolū ſm̄ litteralē intellectum iudeoꝝ: verūetiā ſm̄ myſticū ſpiritualēq̧ intellectū. Magnificauit enim illū xp̄s benedictus per mortē et ſepulturā ſuam: de qua loqui volētibus tria myſteria ſe ingerūt declarāda.

Primū eſt ex parte carnis.
Secundū ex parte anime.
Tertiū ex parte ſepulture.

¶ An caro xp̄i fuerit mortua: et an fuerit a diuinitate ſeparata: et vtrum per mortē carnis ſit mors attribuenda perſone verbi. Capm̄. j.

PRimū myſteriū declarandū de morte xp̄i eſt ex parte carnis. Circa quā tripliciter dubitare cōtingit.

Primo circa mortificationē.
Secūdo circa ſeparationē.
Tertio circa attributionē.

¶ Primo contingit dubitare circa mortificationē3. Utrū ſc3 per ſeparationem aīe a corpore xp̄i caro eius fuit mortua. Et q̄ ſic pt3: q2 in ſymbolo dicit̄ de xp̄o q̄ mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Et hoc cantat eccleſia cu3 dicit: Ipſe enī verus eſt agnus: qui abſtulit peccata mundi: qui mortē noſtrā moriēdo deſtruxit: et vitā reſurgēdo reparauit. Dn̄s aūt Boñ. diſ. xxj. iij. art. ij. q. ij. dicit q̄ caro illa fuit mortua eo q̄ caruit vſu ⁊ cōplemēto vite: res enī corporalis non eſt viuificabilis: niſi ab aliqua forma ſpirituali ipſas complēte ⁊ ſibi ꝓportionabili. Qm̄ ergo in ipſa ſeparatione aīe caro xp̄i caruit huiuſmodi forma: iō vere mortua fuit. Et q̄uis haberet diuinitatē vnitā nō tamē ab ea viuificabat̄: nō propter defectū a parte viuificātis: ſed propter improportionem a parte viuificabilis.

¶ Secūdo cōtingit dubitare circa ſeparationē: vtrū ſcil3 in morte caro xp̄i fuerit a diuinitate ſeparata. Et reſpōdent doctores q̄ non. Unde Leo papa in ſermone inquit: Tanta eſt vnio dei ⁊ hoīs vt nec ſupplicio poſſet dirimi nec morte diſiūgi. Et Aug. contra Felicianum. Chriſtus in ſepulcro carnē ſuā non deſeruit. Que v̄ba magiſter ſententiarū poſuit in littera diſt. xxj. iij. Quare autē nō fuit diuinitas a carne ſeparata ſm̄ Bona. vbi. ſ. ar. ij. q. ij. pōt eſſe ratio triplex videl3 liberalitas ex parte aſſumentis: dignitas ex parte aſſumptibilis: et vtilitas ex parte aſſumptiōis. Liberalitas inquā ex parte aſſumētis: quia qn̄ deus dat aliquod donum: nō ſubtrahit illud ſine culpa. Si ergo nulla culpa interuenit: non decuit diuinā liberalitatē carnem quam ſibi liberaliter vniuerat a ſe ſeparare. Dignitas etiā ex parte aſſumptibilis fuit in cauſa: q2 ſicut caro illa propter ſui dignitatē non debuit videre corruptionem: ita nec ipſam decuit a verbo ſeparari. Utilitas autē ex parte